

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Albrecht Joachim Krakevitz von

**Programma Qvo Civibus Academiæ Rostochiensis Spiritum Gratiæ Et Precum :  
Ex Zach. XII. 10. Religiose Contemplandum Proponit Eodemqve Suam  
Aliorumqve Devotionem In Præsenti Pentecostes Festo Excitare Cupit**

Rostochii: Typis Joh. Wepplingi[i], [1718?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003987559>

Druck    Freier  Zugang





T. 512.

1718. Pfingsten.

A-1256. 155.

K.1718

PROGRAMMA  
CIVIBUS Academiæ ROSTOCHIENSIS  
**SPIRITUM**  
**GRATIAE**  
**ET**  
**PRECUM**

*EX ZACH. XII. 10.*

RELIGIOSE CONTEMPLANDUM

PROPONIT

*EODEM QVE*

SUAM ALIORUMQVE DEVOTIONEM  
IN PPRÆSENTI

PENTECOSTES FESTO

*EXCITARE CUPIT*

**ALBERT. JOACHIMUS**

DE KRAKEVITZ,

S.S.Th. D.& Prof. Duc. Prim. Facult.

Th. Sen. hodieq; Decanus Consist.

Ducal. Consil. ac Distr. Meckl. Superint.

Universit. Rostoch.

h t. RECTOR.

Rostochii, Typis Joh. WEPPLINGI, SER. PR. & UNIV. Typogr.

N 74.

M-1256 155



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn1003987559/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003987559/phys_0003)

DFG

**E**lebramus hodie, Cives Optimi, gloriosum atque  
magnificum Spiritus S. festum, in quo, ut vestram æ-  
que ac meam excitem devotionem, officii, quo in  
præsentiarum defungor, ratio à me exigit. Revoca-  
mus itaque nobis in memoriam memorabile illud veteris Te-  
stamenti effatum, quod Zacharias, divino agitatus Spiritu va-  
tes, nobis reliquit C. XII. 10. At effundam super domum Davidis  
& super habitatorem Hierosolymæ Spiritum gratia & precum, ut  
respiciant ad me, quem foderunt. Translatio est Sebastiani Schmid-  
ii, textum originalem admodum feliciter exprimens. Re-  
spici his verbis ad tempora Novi Testamenti, inquit; illis adum-  
brari conditionem novæ Hierosolymæ novorumque judæo-  
rum, post terrenæ & antiquæ Hierosolymæ destructionem.  
Cap. XI. prædictam, singula hujus Capitis XII. momenta nos  
convincunt, & collatio cum Joh. C. XIX. v 37. idem ad oculum ostendit. Is qui loquens introducitur, nemo aliis est quam  
Messias, dicitur enim: ut respiciant AD ME quem foderunt. Ju-  
dæorum perfidiam jam dudum indicavit & castigavit Ray-  
mundus Martini in Pugione fidei. vid. edit. Lips, de anno 1687.  
f. 411. Nota, inquit, quod aliqui iudei, hujusmodi tam evidens Sa-  
cra Scriptura testimonium sufferre non valentes, literam in b. l. falsificant; no-  
bi enim dictum est per Prophetam אלֹהִים וְרַבִּיתוֹ אֶלְיוֹן Et adspicient ad me, ipsi mu-  
tant, & dicuntur וְרַבִּיתוֹ אֶלְיוֹן & adspicient ipsum, ut sic non de DEO, sed  
de alio possit intelligi. Cum enim DEUM oporteat esse, qui dicit: Effundam  
super domum David & super habitatorem Jerusalem Spiritum gratia & devo-  
tionum sive prectionum; hoc enim solius DEI est facere; & immediate sub-  
jungitur: Et respicient ad me, quem illi transfoderunt; Et hoc intellexer-  
unt Rabbini eorum de Messia filio Joseph sive dictum; apud omnes, qui re-  
rum consequentiam non ignorant, consequens est procul dubio, Messiam filium  
Joseph DEum simul esse oportere & hominem, quatenus, in quantum DEus, Spi-  
ritum gratia & devotionis posset super in se credentes effundere, & clavis ac  
lancea, in quantum homo, transfigi. Ob hanc igitur causam in multis jara-  
gibris istam corrupserunt literam, sed per Targum, quod loco ejus quod dicitur  
אלְיָהוּ וְרַבִּיתוֹ אֶלְיוֹן & respicient ad me, habet, & perent de co-  
ram me, & per Talmud, & per multos libros antiquos, in quibus nondum est  
litera ista corrupta, & per expositionem R. Salomon Jarchi comprobantur fal-  
sari.

וְהַבִּיטוּ  
jarii. Ipse quippe R. Sal. super Zach. verbum hoc exponendo ait:  
אליו תָּרֵי וּרְבָעָן מִן קָרְמִי וּדוֹלֶל פִּירְשׁוּחוּ עַל מִשְׁיחָה בֶן יוֹסֵק שְׁנָתוֹת  
בְּמִסְכָּת סְכוּם  
Et adspicent ad me &c. Jonathan transiit, & orabunt ad me. Et magistri nostri exposuerunt hoc de Messia filio Joseph, qui occidetur in tract. Succa. Ex ipsis sufficienter habetur, si quis diligenter advertat, quod vera litera est: Et adspicent ad me, quem transfixerunt. Non eqvidem instituti mei est, operose ea omnia conquirere, qvæ de subiecto loquente alias haud sine usu deducenda essent, hoc tamen non prætermittendum, quod ut summus verus Deus in hoc capite nobis delineatur. Confirmant id præter argumentum, à Raymundo Martini adductum, quod v. i. & 4 nomen divinum essentiale נָאָתָה sibi vindicat, & v. i. opera vere divina soli Deo competentia sibi adscribit. Hoc itaq;, & quod verus sit homo, qui vulnerari possit, præsupponentes, observamus, Messiam Ecclesiam suam, nomine Hierosolymæ insignitam, tanquam perpetuam & immobilem prioribus hujus capitinis versibus depinxisse, eidemq; largissimas omnis benedictionis & favoris promissiones dedisse. Interea tamen præviderat ac prædixerat, quod Ecclesia suos quoque habitura sit aduersarios, qui ex omnibus terris contra illam insurrexerint, v. 3. adjecta tamen comminatione severissima, se illos deleturum esse v. 7. Ne autem paria pertimesceret deletionis fata Hierosolyma N. T., contestim v. 10. subjicit: At effundam super domum Davidis & super habitatorem Hierosolymæ spiritum gratia & presum, ut respiquant ad me, quem foderunt. Quemadmodum olim domus David & universa Hierosolyma, quamdiu manebant in fœdere, omnem sibi gratiam ac favorem a Deo poterant promittere, sic iisdem nominibus insignitur Ecclesia N. T. ut parcum fiducia colligeret, se Deo gratam esse atq; acceptam. Dicitur vero יְהֻלָּם וְיֹשֵׁב super habitatorem Hierosolymæ, ut quodlibet individuum, quod actu per fidem Ecclesiæ membrum est, atq; sic habitat in Hierosolyma N. T., hanc promissionem ad se quoque pertinere, indubitate concludere posset. Id quod loquens Messias promittit, est רוח חן ותהוננוּ Spi-  
ritus

( 2 )

ritus gratia & deprecationum. Vocatur hic Spiritus; *Spiritus gratiae*, quatenus gratiam divinam nobis dispensat & communicat. Est alias gratia, tanquam attributum divinum essentiale, omnibus tribus Deitatis personis ex æquo communis, dispensantur quoque gratiosi ejusdem effectus ab omnibus, unde & Johannes Apoc I. 4. 5. *Septem ecclesias, quæ in Asia, gratiam & pacem ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus, & à septem Spiritibus, qui sunt in conspectu throni ejus, & à JESU Christo precatur.* Verum quando hic & alibi, e. g. Hebr. X. 29. Spiritus S. vocatur *Spiritus gratiae*, peculiaris est respectus ad *anououian* *τὸν χάριτον* dispensationem gratiæ illius, quæ nobis per Christum transfusum parta & aquisita, quam Spiritus S. tertia Divinitatis persona distribuendam in se suscepit. Eodem etenim modo, quo *Spiritus* vocatur *deprecationum*, etiam est *Spiritus gratiae*. Nunc autem ita est Spiritus deprecationum, ut teste Apostolo Paulo Rom VIII, v. 26. ipse sit *παρεγενόμενος ἀλλαγῆς & προστάτη μαζάρων τοῖς ἀδερφαῖς μου*, interpellans pro nobis gemitibus inenarrabilibus, & recipiens vel coadjuvans infirmitates nostras Rom. VIII. 26. Sensu itaque satis egregie repræsentavit B. Lutherus in Comm. ad hunc Zachariæ locum vid. T. IV. Alt. f. 358. Den er will sie nicht mit Was-  
sen rüsten/sondern den Geist der Gnaden auf sie giessen/  
d. i. den Heil. Geist/ welcher ihnen ein gut Gewissen macht/  
und zeuget in ihren Herzen/ dass sie einen gnädigen Gott und  
Vergebung der Sünden haben im Friede des Glaubens. Über  
das/ wo ihnen etwas mangelt/ oder sie Übels leyden/ so haben  
sie den Geist des Gebeths/ der für sie rüsst und bittet mit  
Seufzen/die unaussprechlich sind. Rom. 8. Spiritum hunc ef-  
fundendum promittit Messias, propterea dicit: *Effundam.* Ipse etenim sufficientissimo suo merito, non tantum pro hominibus peccatoribus satisficerat justitiæ divinæ, sed iisdem pro meruerat quoque Spiritum Sanctum, gratiæ divinæ econsumum ac intercessorem certissimum, unde apud Joh. C. XVI. 7.  
sic

sic suos informat discipulos: Ego veritatem dico vobis; expedit  
vobis ut ego vadam. Si enim ego non abiero, Paracletus non  
veniet ad vos; si autem abiero mittam eum ad vos. Promi-  
serat hic ipse Messias v. 7. quod Jehovah servaturus sit  
tenuorieria Iehuda, & v. 8. quod Jehovah protecturus sit habitatorem  
Hierosolyma, i.e. quemvis fidelem Ecclesiae N. T. civem. In  
quibus versiculis cum DEus Messias loquitur de DEO Serva-  
tore & DEO Protectore, merito per hunc DEum Servatorem  
& DEum Protectorem, intelligimus DEum Patrem. Servatio-  
nem vero DEI Patris ejusdemque protectionem Ecclesiae promis-  
tit Messias, quia & hanc ipsius debemus merito, passionibus  
nimirum & morti ipsius. Atq; sic omnes tres Deitatis perso-  
nae, juxta tres fidei articulos in Symbolo Apostolico expressos,  
in hoc capite nobis sistuntur, Pater nimirum ut Conservator &  
Protector, Filius ut Redemptor, Spiritus S. ut Sanctificator &  
Paracletus. Sed redeamus ad Spiritum gratiae & precum,  
quem Messias non in tenuiori sed largiori mensura promittit  
fidelibus N. T. hinc dicit effundam, quo verbo & alibi utitur  
sacra pagina. Sic Joel. III. 1. dicitur: *Effundam Spiritum super*  
*omnem carnem.* Haud contemnenda est glossa R. Salomonis,  
i.e. *super omnem illum, cuius cor fuerit tenerum ut caro, de quo di-*  
*ctum est Ezech. XXXVI. 26. Et dabo vobis cor carnis.* Certum  
quippe est, quod super Judaeos, qui cor suum lapideum reti-  
nuerunt, non venerit nec effusus fuerit Spiritus S. sed super  
Christi discipulos, qui cor carneum habuerunt. Et El. XXXII.  
15. legimus, quod *Spiritus effundendus sit ex alto, & quidem in-*  
*tanta copia, ut desertum in arvum & arvum in sylvam reputan-*  
*dum sit.* It. El. XLIV. 3. 4. *Effundam aquas supersicientem & ri-*  
*culos super aridam, fundam Spiritum meum super semen tuum &*  
*benedictionem meam super natos tuos, ut germinent in medio grami-*  
*nis & sicut salices juxta rivos aquarum.* Opponitur itaque haec  
Spiritus gratiae & precum effusio temporibus V. T., quibus  
dona Spiritus S. tanta cum exundantia effusa non sunt. Quod  
si ipsum hujus vaticinii complementum indagaré velimus, il-  
ludque referre ad miraculosam illam Spiritus S. effusionem,

quæ contigit in primo post ascensionem Christi festo Pentecostali, nequaquam erraverimus, siquidem Apostolus Petrus Act. II. v. 16. clare satis pronunciat, impletam tuisse illo tempore prophetiam Joëlis, ergo & simul, reliqua vaticinia eandem effusionem prædicentia suum tunc viderunt complemen-tum. Interim haud restringendæ sunt illæ V. T. promissiones ad sola Apostolorum tempora, aut ad miraculosam illam, quæ tunc contigit, Spiritus S. effusionem, siquidem adeo gene-rales sunt, ut ad ordinariam quoq; , quæ per omnem N. Ti- cursum fit, merito sint extendendæ. Quemadmodum itaq; S. Johannes in I. Ep. c. I, 27, mentionem facit unctionis, omnia Christianos docentis, & quidem per verbum prædicationis col-latæ, conf. v. 14. & 24. & Ap. Paulus Spiritus Sancti largiter per lavacrum regenerationis & renovationis super nos effusi me-minit Tit. III. §. 6. Ita & hunc usq; in diem, vi generalitatis, quæ ubiq; premenda est, ubi id fieri potest, Spiritus gratiæ & pre-cum super Christianos effunditur. Finis hujus effusionis est, ut intueamur salutariter Christum pro nobis transfoßum, hinc additur; ut respiciant in me, quem foderunt. Probe hoc attendit B. Varenius noster, in Collegio Canonico qvatuor novissimo-rum V. T. Prophetarum, dum ad h. l. sic commentatur, Ora-tor Jehovah promittit, effusurum se super dominum David & incolas Hierosolymitanos spiritum gratiæ & precum, unde futurum, ut prout olim Israelites intuitu fideli in serpentem exaltatum, ac sub illo, in filium hominis crucifixum, sunt sanati, intuituri sint se, illum ipsum se, quem transfixerint. Et Lutherus l. all. pulcherrime ad huic scopum collimat, quando scribit: Dass Er aber spricht: Sie werden mich anschauen/ welche sie gestochen habē/ ist nicht geredt/ als solten alleine dieselbigen ihn ansehen/die ihn geereuhiget haben/ sondern also / man wird sehen / und solches wird auch durchs Evangelium aller Welt verkündiget / für ih-ren Augen gebildet werden/ wie man mich zerstochen und zu-creuhiget hat. Und auffs kürzest ist das die Meinung: Man wird mein gedencken durchs Evangelium und im Herzen be-trachten

trachten/ wie ich gelitten habe und gestorben bin/dadurch wird  
der heilige Geist gegeben werden zur Vergebung der Sünden.  
Et hæc sunt Cives Optimi , quæ festivo hoc tempore , omni  
studio meditanda inqve salutarem nostrum convertenda sunt  
usum. Universæ Scripturæ S. nucleus & scopus est Jesus Christus,  
pro nobis crucifixus & in mortem traditus : Haud amplius hæret in faucibus mortis , sed omnibus ex angustiis liberatus,  
gloriose nunc sedet ad dextram Patris sui , introiit in regnum suum & nos suæ beatitudinis ac gloriæ confortes redde-  
re cupit enixissime . Eum in finem ; adhuc hodie super nos  
effundit Spiritum gratiæ & precum , ut oculos tam corporis  
quam mentis avocemus à caducis hujus seculi bonis, & appetamus ea , quæ in omnem æternitatem duratura sunt. Varia  
quidem sunt & tere innumera , quæ nos in hac vita detentos  
misere affligunt , habet domus Davidis in hunc usque diem  
suos adversarios , & habitatores novæ Hierosolymæ singulis  
ferme momentis conflictantur cum carne sua, cum mundo &  
hujus seculi principe , ex qua lucta tot nobis oriuntur incom-  
moda , tot molestiæ , ut nil quicquam anxius mens pia expe-  
ctet, quam ærumnosæ hujus vitæ cum beata morte commuta-  
tionem . Verum erigit nos, nosque in omnibus hujus vitæ  
adversitatibus solatur Spiritus gratiæ & precum , super nos largissime effusus . Certos hic nos reddit imo certissimos, quod  
Dei simus filii per fidem in Dominum nostrum crucifixum,  
conf. Rom. VIII. 16. docet nos , quomodo in omnibus necessitatibus , quæ vel corpus vel animam afficiunt , ■■■■■ preces  
formare possimus supplices , & plena cordis fiducia , Deum  
Patrem vocare nostrum Protectorem , Deum Filium nostrum  
Redemptorem , & illum ipsum nostrum compellare possimus  
Advocatum atq; Paracletum . Verum unde est, quod in tanta  
Spiritus ubertate adeo pauperes sumus, acsi nullus unquam su-  
per nos effusus esset Spiritus ? Certe haud accusare poterimus  
eum, qui hanc nobis dedit promissionem ; firma enim stant &  
immota , quæ semel ipsius ex ore veracissimo prodiere , scrute-  
mur

mur itaque nos ipsos, an causa hujus defectus & inopiae in nobis met ipsis forte haereat. Effunditur hodie Spiritus S. non nisi per verbum & Sacra menta, quae ordinarii sunt canales, per quos sanctissimi hujus Spiritus in nos derivantur virtutes. Veniens ad nos Spiritus, est Spiritus gratiae ac precum, arguit nos omnium primo de peccato, revocat nos ab hujus mundi illecebribus, ducit nos ad Christum, exponit nobis omnes gratiae divinae thesauros, invitat nos, ut, abjuratis hujus seculi vanitatibus, unice Christum ac justitiam ipsius esuriamus ac sitiamus, admonet nos, ut vestigiis Domini nostri crucifixi insitamus, crucem nostram patienter feramus, & non in hoc sed futuro seculo gloriam & felicitatem nunquam terminandam queramus. Num in his obsequiis praestamus Spiritui S? Vereor omnino, ne penes nos resideat culpa. Quid itaque mirum, quod status noster sit miserrimus, quodque nullas vel exiguae Spiritus S. sentiamus virtutes! Verum jam excitant nos divinae promissiones, torporem excutiunt fervidae Mystarum conciones, per quas suaviter sese nobis communicare gestit gratiae & precum Spiritus, adhuc durat eternum, in quo dispensantur thesauri gratiae divinae. Agedum itaque, removeamus per veram & sinceram penitentiam omnia repugula & obstacula, quae sanctissimi Spiritus operationes in cordibus nostris impedire & remorari possunt, permittamus nos ipsi totos, nosque ab ipso regi & duci patiamur per omnem vitam nostram cursum. Tu vero o Sanctissime Spiritus redde nos gratiae divinae participes, & effice in nobis, quod tibi gratum & acceptum est, elama in nobis unum Abba post aliud, & superatis omnibus hujus vitae molestiis, nos introduc in cœlestia gaudia. Tibi sit laus honor & gloria in Seculo.

rum Secula.

P.P. Sub Sigillo Rectoratus, ipsa prima Pentec, feria An. MDCCXVIII.







trachten/ wie ich gelitten habe und gestorben bin/ d  
 der heilige Geist gegeben werden zur Vergebung d  
 Et hæc sunt, Cives Optimi , quæ festivo hoc tem  
 studio meditanda inque salutarem nostrum conve  
 ulsum. Universæ Scripturæ S. nucleus & scopus est  
 stus, pro nobis crucifixus & in mortem traditus :  
 plius hæret in faucibus mortis , sed omnibus ex ar  
 ratus, gloriose nunc sedet ad dextram Patris sui , in  
 gnum suum & nos suæ beatitudinis ac gloriæ con  
 recuperit enixissime. Eum in finem ; adhuc hodie  
 effundit Spiritum gratiæ & precum , ut oculos t  
 qvam mentis avocemus à caducis hujus seculi bo  
 tamus ea , quæ in omnem æternitatem duratura  
 quidem sunt & fere innumera , quæ nos in hac v  
 misere affligunt , habet domus Davidis in hunc  
 suos adversarios , & habitatores novæ Hierosoly  
 ferme momentis conflictantur cum carne sua, cur  
 hujus seculi principe , ex qua lucta tot nobis oriuita  
 moda , tot molestiæ , ut nil qvicquam anxius me  
 Ætet. qvam ærumnosæ hujus vitæ cum beata morte  
 tionem. Verum erigit nos, nosque in omnibus  
 adversitatibus solatur Spiritus gratiæ & precum, lu  
 gissime effusus. Certos hic nos reddit imo certi  
 Dei simus filii per fidem in Dominum nostrum  
 conf. Rom. VIII. 16. docet nos , qvomodo in omni  
 tatibus, qvæ vel corpus vel animam afficiunt, —  
 formare possimus supplices , & plena cordis fidei  
 Patrem vocare nostrum Protectorem , Deum Filium  
 Redemptorem , & illum ipsum nostrum compella  
 Advocatum atq; Paracletum. Verum unde est, quod  
 Spiritus ubertate adeo pauperes sumus, acsi nullus  
 per nos effusus esset Spiritus? Certe haud accusare  
 eum, qvi hanc nobis dedit promissionem ; firma e  
 immota, qvæ semel ipsius ex ore veracissimo prodidit

